

De
2681







BIBLIOTHEK

ABU

AU

DIE

ERI

A

CARO



Rep. 46 1916

VARIAE LECTIONES
E CODICE MS. PARISIENSI COLLECTAE
AD
ABULFARAGII BABBAGHAE
CARMINA
A PHILIPPO WOLFFIO V. D. EDITA.

DISSERTATIO CRITICA
QUAM
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
ORDINIS
IN ACADEMIA ALBERTINA
PRO VENIA LEGENDI
DIE XXVII. MENS. JUNII A. D. MDCCCXXXVIII

PUBLICAE DEFENDET
ERNESTUS GUSTAVUS SCHULTZ
PHIL. DR. ET REG. SOCIETATIS ASIATIC. PARIS.
SODALIS

ASSUMPTO AD RESPONDENDUM SOCIO
EDUARDO GUILIELMO SCHULTZ
HIRSCHFELDENSIS
S. S. THEOLOGIAE CULTORE.

ADVERSARIORUM PARTES SUSTINEBUNT
ANTONIUS LUDOVICUS LEHMANN
REGIMONTANUS
ET
CAROLUS GUSTAVUS FERDINANDUS LEHMANN
POMERANUS
S. S. THEOLOGIAE CULTORES.

REGIMONTII PRUSSORUM
TYPIS ACADEMICIS HARTUNGIANIS.

HEINRICH THORBECKE



VARIAE LECTIOES
E CODICE MS. PARISIENSIS COLLECTAE
AD
ARULFARAGII BABRACHAE
CARMINA
ALPHABETICO MORTIS V. B. EDITA

ACADEMIA ALBERTINA
PUB. VENIT LEGENDI
DIE XXV. APR. AN. A. D. MDCCCLXXIII



De 2681



PATRI OPTIMO

ERNESTO GUSTAVO SCHULTZ

SUPERINTENDENTI REGIO ET PAROCHO AD AEDEM
SACRAM HIRSCHFELDENSEM IN BORUSSIA
ORIENTALI



ERNESTO GUSTAVO SCHUBERT

RECTORI UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

IN HONOREM

LIBELLUM

GRATI ANIMI ET SUMMAE PIETATIS

MONUMENTUM

HUNC QUALEMCUNQUE LIBELLUM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Ante
et am
Abulfa
noti,
carmin
G. Vo
libros
stat,
tiâ hi
ineditu
cultas.
sibus,
obscur
atque
fatione
carmin
ribus
thologi
dem d
hujus
inter
verbis
ahel a
tissima



Ante hos quatuor annos Philippus Wolffius, V. D. et amicus mihi conjunctissimus, Specimen carminum Abulfaragii Babbaghae, poetae usquedum vix nomine noti, adjectis nonnullis Abu Ishaci, poetae nobilissimi carminibus, e codice ms. Gothano, Lipsiae sumtu F. Ch. G. Vogeli in lucem edidit. Atqui inter omnes, qui libros arabicos manuscriptos unquam tractarunt, constat, quot mendis atque erroribus librariorum negligentia hi fere semper sint referti et quanta sit textum ineditum unius codicis ope emendandi et explicandi difficultas. Haud mirum igitur, quod Wolffius, licet versibus, qui saepissime praeter sensus atque verborum obscuritatem corruptela insuper laborabant, summa opera atque eruditione incumberet interpretandis, in praefatione (pag. VII.) asserit, fieri non potuisse, quin carmina nonnulla mutila tantum ederet, adeoque pluribus locis reciperet, quae sibimet ipsi dubia videbantur. Carmina Abulfaragii Wolffius excepserat ex Anthologia Thaalebii, quae inscribitur *نتيمة الدهر*. Equidem dum Parisiis versabar in bibliotheca Regia alterum hujus operis exemplar integrum reperi, in Catalogo inter codices arabicos mss. sub № 1370. fol. his verbis consignatum: „*Jetimat al dehar fi mehassen ahel al assar, unio saeculi pretiosissima de praestantissimorum suae aetatis virorum laudibus, sive poetarum*

historia, cui adjuncta sunt complura scriptorum ab ipsis editorum fragmenta. Dividitur opus in quatuor partes, quarum prima de poetis, qui ex Hamadani familia orti sunt ceterisque, qui in Syria floruerunt, secunda de poetis Iracensibus et Dilemitis, tertia de Persis, quarta de illis, qui in Chorasaniâ et Transoxaniâ regione aliquod nomen adepti sunt. Auctore Abou Mansor Abdal Melek Thaalebi, qui anno H. 430. vivere desiit. Is cod. exaratus est anno ejusd. aerae 1047." Constat 410 foliis atque inde ab initio usque ad fol. 215 satis accurate scriptus est. Quae restant a manu recentiori luculenter quidem, at negligentius exarata. Caput de Abulfaragio priori parte continetur. Ibidem aliena manus errores librarii modo correxit in margine, modo corruptelae conjecturâ mederi studuit, quippe quae adjecto vocabulo لعجل, sicuti conjectura marginalis in codicibus Graecis interdum vocula ἰσως, indicatur.

Datam occasionem textus arabici in Wolffii libro emendandi avidissime amplexus sum. Ille quum vitam Abulfaragii ab Ebn Challekano in libro de viris illustribus conscriptam ex apographo Fluegelii V. C. una edidisset, alterum et hujus operis exemplar, idem quod in Bibliotheca Regia tunc temporis visitantibus ad manus esse solebat, textui arte criticâ castigando adhibui. Carminum fragmenta apud Ebn Challekanum et apud Thaalebium legebantur, ita ut his varias lectiones duobus ex codicibus nunc adscribendas habeamus. Apparatum criticum, quem, ut supra dixi, nactus sum, hodie foras sum daturus. Ac primum de Ebn Challekani vita Abulfaragii agam, quippe quod paucis verbis fieri liceat, quandoquidem totius operis inlyti Arabum Plutarchi editiones duae, altera Gottingae, altera Parisiis parantur. Varias lectiones exscribere sat erit. Codicem Parisiensem Ebn Challekani literis Cod. Ch. et Codicem Parisiensem Thaalebii, ut infra, literis Cod. P. designabo. Deinde de carminibus Abulfaragii paulo

accura
pretem
nique
disser
nibus.
fius V.
iis, q
tempor

Abul

Lin. 4

» 5

» 6

» 7

» 9

» 10

» 12

» 13

» 14

» 15

» 16

» 19

accuratius dicam, ita ut textum redintegrare et interpretem, quantum fieri poterit, adjuvare studeam. Denique de epistolis Abu Ishaci et Abulfaragii breviter disseram, adjectis iterum variis cod. Parisiensis lectionibus. De singulis sermo non erit; nam fore ut Wolfius V. D. reliqua, quae possidet, Abu Ishaci carmina, iis, quae typis impressa jam extant, repetitis, brevi tempore in lucem edat, spero ac toto animo desidero.

Abulfaragii vita auctore Ebn Challekano.

Variae lectiones.

		Cod. Ch.	Cod. P.
Lin. 4.	أي	omisit	—
» 5.	يسلمها	يسلمها	id.
» 6.	اطمع	id.	id.
	في روح	في روحي	في روح
	بنتم	id.	id.
» 7.	فما اظنها	فما اظنني	فما اظنها
	بالمقام	بالمقا	بالمقام
» 9.	منك	id.	id.
» 10.	يسطيع	يستطيع	id.
	ازرار	ازرار	ازرار
» 12.	حلل	خلع	حلل
» 13.	اليم	id.	عظيم
» 14.	فكانها	id.	id.
» 15.	الحج	id.	الحج
» 16.	تفتت	id.	id.
	الجملد	الجملد	الجملد
» 19.	سعد	سعيد	سعيد

	Cod. Ch.	Cod. P.
Lin. 20.	نعماه	omisit.
	البرق	البرق
» 24.	وبعد مدة	وبعد وفاته
	وتوفي — — — تعالى	وتوفي يوم السبت مسلخ شعبان سنة تسعين وثلاث مائة وقال الخطيب في تاريخه توفي في ليلة السبت بقين من شعبان سنة ثمان وتسعين وثلاثمائة والله اعلم رحمه الله تعالى
» 26.	المكيال	الميكالى
	صدره	صدره
» 27.	شبيخا	شبيخا vit. typ. pro
» 28.	طرفه	أطرفه
» 30.	به	البيه

Carmina Abulfaragii Babbaghae.

De carmine primo.

pag. 2.

Carminum Abulfaragii primum et secundum inserta sunt narratiunculae, pedestri oratione compositae, quae in Codice Parisiensi quatuor paginas occupat, et stilo elegantissimo rerumque veritate lecturis commendatur. Argumentum, quod brevius, quam fas erat, in Prolegomenis pag. IX et X exhibuit Wolffius, paullo latius exponamus, quatenus ad istos versus recte interpretandos opus est.

Abulfaragius noster in aula Seiffeddaulae, celeberrimi poetarum Maecenatis, Damasci versatur. Princeps ipse bellum parat et relicto amico ab urbe proficiscitur. Permultis interea magnisque incommodis atque

molest
recrea
stianu
rum,
videtur
cipium
multis
Unus
rant,
dum i
abit.
resign
gantis
amicu
habere
loquat
nostro
turum
Hic se
reperit
muros
tam a
lium h
que b
cubicu
apud
mium.
minus
introd
uberri
nerost
tum a
ragius
tiens,
mus,
agat.

molestiis Abulfaragius premitur. Quid multa? — animi recreandi caussa uno die relicta urbe monasterium christianum Morran, in monte Libano situm et monachorum, quibuscum noster jam antea commercium habuisse videtur, petit consortium. Hi benignissime illum excipiunt. Inter laeta pocula curae excedunt ex corde et multis verbis ultro citroque habitis consumtus est dies. Unus et alter, ut poeta noster, plus paullo jam adbiberrant, ubi monachus quidam, rectis oculis hunc jam dudum intuitus, innuit. Paene invitus cum isto seorsum abit. Monachus litteras reddere. Abulfaragius subito resignatas legere. Deest auctoris nomen, at verba elegantissima atque humanitatis plena. Auctor Musarum amicum, summâ jam dudum sibi veneratione eultum, secum habere exoptat. Si venire nolit, ne quid usquam de re loquatur, adprime rogat. Quod praeter expectationem nostro acciderat, crapulam discutit. Promittit, se esse venturum, sed quid nunc agendum sit, e monacho quaerit. Hic suadet, ut amicis statim valedicat, sumta aliqua re repentini discessus obtentui. Addit, semet ipsum extra muros abeuntem expectaturum atque per portam occultam ad litterarum auctorem, in ipso monasterio domicilium habentem, reducturum esse. Assentit alter. Itaque brevi tempore post videmus Abulfaragium abdito in cubiculo monachico, magnificentissime tamen ornato, apud juvenem forma venusta morumque urbanitate eximium. Puerum quendam pulchritudine et vestitu haud minus egregium iste unicum in hac solitudine comitem introducit. Sermo festivus, facetiis ac lepore conditus, uberrimus: coena lauta, sumptuosa, opima: vinum generosum. Puer, qui Ganymedis antea partes egerat, tum a patrono citharam sumere jussus, cantat. Abulfaragius cantorem verborum quoque esse auctorem sentiens, quatuor versus, quos pag. 2. apud Wolffium legimus, ex tempore componit, quibus tali hospiti gratias agat. Ille tam officiosis verbis valde delectatus, iis

duos insuper versus adjicit. Hisce aperit, se aere alieno obrutum hoc loco abscondito insciis creditoribus vivere, at simul leviter monet Abulfaragium, ut confessioni factae acquiescat. Hic longe abest, ut intempestivae curiositati indulgeat, praesertim quum aspectus regionis amoenissimae, imminente luna, oculos tenet, donec media nox eos ad dormiendum invitat.

Crastina luce Abulfaragius Damascum reversus gaudia, quibus fruitus erat, eo postea carmine celebravit, quod apud Wolffium pag. 2. lin. 5. seqq. legimus. Amicitia recenter contracta quamvis frequentissime uti voluisset, tamen variis rebus impeditus longo demum temporis spatio interjecto ad monasterium rediit. At vero tardior venit, nam hospes asylum reliquerat. Accepit autem a monacho, hominem istum antea praedia regia in Aegypto redemisse, et, annona levata, ob aes alienum inde contractum tunc temporis in monasterium se recepisse. Nunc autem, inquit, facultates ejus accreverunt et vir amplius atque spectatus denuo evasit. Eam ob rem Abulfaragius nomen amici reticuisse videtur.

Legenti mihi textum arabicum haec narratiuncula tam elegans visa est, ut cum Cervantis et Boccaccii fabellis eam comparare non haesitarem *). Ubique praeterea veritatis speciem prae se fert et nonnulla satis gravia continet momenta ad historiam vitae monachicae **).

Restat, ut textum versuum, quorum jam supra mentio facta est, castigandum aggrediamur. Perpaucantantummodo de carmine primo dicenda sunt, nam va-

*) Proh dolor, puero isti puellam substituere non licet interpreti! — Omisimus in argumento nostro, cur hoc desiderandum sit, at facillime conjectura lectores id assequuntur.

**) (cf. Makrizium apud Steph. Quatremère V. C. in libro, qui inscribitur Mémoires géographiques et historiques sur l'Égypte Paris 1811. 8. Tom. II. pagg. 499. seqq.)

riam lo
an ben
verbo
Carm.
(scil.
citat
animae

V
(tempo
sit ern
recipie
ساحنى
poetica
sensus
luna,
teretu

V
ris in
ant ve
Haec
tices
bitatio
a
causa
vativa
تياحنا
in re
positi
in lo
aptiss

riam lectionem Cod. P. non exhibet. Attamen nescio an bene traductus sit versiculus 4. Equidem *صار* pro verbo fut. o. *propensum reddidit*, habuerim et collato Carm. vs. 13. (pag. 6.) ad verbum sic verterim: *Et* (scil. coenobium, quod caussam atque auctorem felicitatis poeta appellaverat) *animo meo junxit animum, animaeque meae animam.*

De carmine secundo.

pag. 2.

Vs. 1. *فغار* Cod. P. *فصار*. — *قَبَّة* *breve spatium (temporis)* Cod. P. *عَبَّة* *donum*. Quoad *فصار*, vereor ne sit error librarii. Alteram autem lectionem in textum recipiendam esse censeo. Optime enim respondet verbo *سأخمنى* et constructione verborum alterius hemistichii poetica hunc in modum soluta: *فما بيننا هبة الدعمر عار اسمه* sensus est: *O diem, quo veluti munere me beavit fortuna, ita ut omnis, quod a sorte accipimus, doni oblitteretur memoria.*

Vs. 2. Cod. G. *بارتياصنا* legit, cujus ut librarii erroris in locum D. Wolffius coniecit *بارتباطنا*, unde pendent verba *الى كبر* „*quum versaremur ad coenobium.*“ Haec autem interpretatio neque Lexici neque grammatices auctoritate nititur. Nos *بارتياصنا* sine ulla dubitatione in *بارتياصنا* „*animi nostri recreandi causa*“ a *ربص* *se recepit ad aliquem diversandi aut quiescendi causa*, mutaremus, si Lexica hujus verbi formam derivativam VIII. haberent. At Cod. P. varia lectione VIII. *in alacritate nostra* „*بارتياصنا*“ a *راج* VIII. *laetus fuit in re perficienda*, optime hic nobis succurrit. Praepositio *الى* primitiva sua significatione motionem e loco in locum indicans nunc cum verbo *جرت* „*cucurrerunt*“ aptissime construitur.

Vs. 4. ترفد — Cod. P. minus eleganter ترفد —
 vox est difficilis explicatu. Wolffii versionem „ornant“
 rejicit Roedigerus *) V. S. vertitque „fulciunt,“ quo-
 niam horti loco declivi siti alii alios *fulcire* videan-
 tur. Neutram interpretandi rationem mihi prorsus satis-
 facere confiteor. Cod. P. pro ترفد in textu ترفد habet,
 quod sensu caret, ut recte observavit lector, in margi-
 ne qui aptissime, ni fallor, huic voci substituit ترفد
 ارفد *sequi*, ita ut sensus sit: *Quot ibi horti amoenis-
 simi alii aliis vicini, alii alios amoenitate superant!*

Vs. 5. الهيكل hoc loco non esse „aedem sacram,“
 ut voluit Wolffius, sed „aedificium altum magnumque,“ in
 universum, i. e. monasterium, de quo sermo est, cum omni-
 bus quibus constabat aedibus, jam observavit Roedigerus
 V. D. Nec المعمور voce „extractus“ apte redditum esse
 concesserim. Sic enim voc. الهيكل haberet otiosum om-
 nino, ne ornans quidem epitheton. Est autem المعمور
 „cultus.“ conf. VIII. *visitavit*, tum in specie *com-
 moratus visitando fuit in sacris Meccani festi et
 visitatio in festo Meccano*, ut Freytagii V. S. verbis
 utar. Pro فيه Cod. P. منه habet. Utraque lectio ferri
 potest. Mihi vero suffixum ة non ad ديسر, utpote lon-
 gius remotum, sed ad الهيكل referendum esse et prae-
 positio e verbo اقتترعتها pendere videtur. Pro اقتترعتها
 Cod. P. اقتترعتها. Roedigerus V. S. jam dubitavit, an
 recte hic locus sit interpretatus. Versiculum librarii
 culpa ante vs. 5. excidisse, quo sermo de vino fuerit,
 ita ut pronomen suffixum ها ad „vinum“ redeat, ar-
 bitratur V. D. Atqui cod. P. eundem in hoc carmine
 monstrat versuum numerum atque ordinem. Ergo vi-
 deamus, utrum haec difficultas alio quodam modo ex-

*) cf. *Ergänzungsblätter der Allgem. Lit.-Zeitung*. Novbr.
 1834. No. 110.

plicari
 Wolffii
 الصبا
 hoc si
 mulam
 bene in
 similes
 que
 der La
 accura
 est ar
 ardoris
 tiam p
 Morra
 meo in
 ficisce
 stituun
 quae
 signific
 reperie
 VIII.
 ar. T.
 si ver
 ulla d
 sensus
 grinat
 inhibue
 Eunder
 اقتترع
 zabadit
 alterun
 cedenti
 verbo s
 sermo

plitari possit necne. Liceat paullo altius repetere. Wolffius pronomen ها, verbo افترع suffixum, ad افراس الصبا referens vertit: *illas mihi elegi delicias*. At quid hoc sibi vult? — Singula examinemus necesse est. Formulam dicendi poeticam افراس الصبا haud dubie in genere bene interpretatus est V. D. Videantur etiam aliquot loci similes apud Roedigerum V. S. 1. 1. Cum Wolffio quoque افراس الصبا vertere possis in vernaculam: „*Renner der Lust*,” at verbis latinis „*equi deliciarum*” vix satis accurate sensum istius phraseos reddideris. Etenim الصبا est *ardentior, juvenilis amor, ardor juvenilis, et „equi ardoris juvenilis*” sunt pro ipso ardore. Ergo sententiam poeticam: *equi a. j. cucurrerunt ad monasterium Morran* (v. 2.) in simplicem sic mutabimus: *ardore meo instigatus fui, ut ad monasterium Morran proficiscerer*. Vs. 3. et 4. sententiam intermediam constituunt et vs. 5. demum narratio continuatur. Unica, quae ad hunc locum quadret inter omnes verbi افترع significationes, est ea, quam apud Freytagium sub № 3. reperies: *inhibuit equum ad se trahens fraeno*. Formae VIII. vim inde cognoscere docet Ewaldius V. D. in Gr. ar. T. I. pag. 102. Nam in Lexicis non reperitur. Haec si vera sunt pronomen ها verbo افترع suffixum sine ulla difficultati ad vocem افراس referri potest, ita ut sensus prioris hemistichii vs. 5. sit: *in monasterio peregrinationibus culto, — ibi eos (i. e. equos ard. juv.) inhibui*, aut neglecta imagine poetica „*ibi mansi*.” Eundem sensum „*inhibuit equum fraeno*” adeo verbo افترع vindicare audemus, nam IVtae certe formae Firuzabadius et Djeuharius eam tribuunt. Hemistichium alterum, unde Wolffius vocem حلالاً nescio quo jure praecedentibus junxit, sententiam integram continet, omisso verbo substantivo. — حلال ubi de Mohammedis asseclis sermo est, eum denotat, qui omnes ritus sacros ad

peregrinationem spectantes absolvit: ergo hoc loco, ubi de monachis christianis dicitur, significat eum, qui omnes ritus sacros, quibus observandis monachus obstrictus est, absolvit i. e. *liber a negotiis*. Haec significatio nobis auxilio est ad interpretanda ea, quae sequuntur تنوفية الدهر — الدهر „*consuetudo mos*“ (cf. syriacum ܰܕܰܗܰܪ *mandatum, decretum*) ni fallor, hic significat: *officia vitae monachicae peculiaria*. Itaque verterim: *et amici mei liberi erant, postquam officia sua praestiterant*. Pro الدهر Cod. P. المهتر habet, ita ut sensus sit: *amici liberi erant post solutum donum sponsalitiū*. Nescio an وفي المهتر in proverbium abierit eadem fere vi, quā supra وفي الدهر accepimus.

V. 6. Nec غير الدنانير „*alios thesauros*“ neque نره „*postposuit*“ denotare potest, ut voluit Wolffius. Illud enim ad verbum est: „*Contrarium Danariorum* i. e. *aurum infectum*, وما كان غير مضروب من الذهب, idem quod التبر, vini imago. قَدَر id quod *ordinatum est a Deo* sine dubio hoc loco insignit prohibitum Corani, ne quis Mohammedanorum vino indulgeat. Servata vi primitiva verbi نره ad verbum sic vertamus prius vs. 6. hemistichium: *Et liberavi aurum infectum a prohibito suo* i. e. vinum prohibitum esse, ex animo eieci.

Vs. 7. يحذر الحذور Cod. P. synonyma يحظر الحذور.

Vs. 10. Pro لا مقالة „*non verba inania*“, quod idem Cod. P. in textu exhibet, lector quidam in margine مقالة scripsit. Facilior quidem lectio est, sed altera haud dubie praefenda.

Vs. 12. جناني in Cod. G. legitur haud luculenter scriptum, ait Wolffius. Vid. not. 12. E nostro igitur substituiamوس حياتي.

dixim
amici
omnil
cos n
riter
lectio
eas a

„Qui
prae
giend
cum
V. D.
esse

in Co
scilie
nim
quum
Vs. 2
briete
narra
obstu
parvi
لصحو
metap
poeta
Diem
steric
sibi

Vs. 13. De غير et نزهه vide sis, quae modo supra diximus ad vs. 6. غير الصفاً *id quod non est sinceræ amicitiae*. Sensus: Liberavit commercium nostrum ab omnibus officiis receptisque consuetudinibus inter amicos minus quam in vitæ societate necessariis, familiariter mecum egit. Pro صدر Cod. P. صدرى. Utraque lectio admitti potest, sive eodem sensu, sive diverso eas accipias.

Vs. 15. Cod. P. multo emendatur. Sic enim legitur:

بمعنى العيون ما اشتهدت عن جماله

ومعنى القلوب بالتجنب والهجر

„*Qui, quod oculi a pulchritudine sua desiderabant, praebebat, at animos cruciavit recusando et fugiendo.*“ بالنجيب apud Wolffium vitium typographicum esse pro بالنجيب, l. l. jam adnotavit Roedigerus V. D. Caeterum الجفون in Cod. G. magis poetice dictum esse quam العيون in Cod. P. minime infitior.

Vs. 20. — 22. Duae his versibus variae lectiones in Cod. P. occurrunt, quarum altera mendosa, vs. 21. scilicet العذر pro الغدر; de altera infra dicemus. Etenim de totius loci explicatione antea disserendum est, quum Wolffio interpreti ubique assentire non possimus. Vs. 20. „*Laetitia gratias habuimus pro munere sobrietatis, quum nos invitaret*“ alludit ad id, quod supra narravimus, poetam ebriolatum verbis monachi nuntii obstupefactum ad sobrietatem subito rediisse. Caeterum parvi momenti haec allusio, utpote quae fit, quo verbis الصحو et السكر, quorum prius sensu proprio, posterius metaphorice accipiendum, ludens apte leviterque transeat poeta ad eam sententiam, quae totum carmen finire debet: Diem, quo variis ipse deliciis hilari animo in monasterio fruitus sit, tam rapide fugisse, ut omnia ista sibi somnio similia nunc esse videantur. Sic enim Abul-

faragius in narratione pluries laudata: Reliqui, inquit,
Morranum متوهم أن ما كنت فيه منام لطيبه وقرب أوله
من آخره ١٥

Vs. 21. cum praecedentibus non est arcte jungendus, ut Wolffius arbitratur. Pendet enim كَان e verbo
مضى cujus subjectum السكر e vs. 20. suppleatur. نام
f. o. verbum activum c. a. p. dormiendo vicit aliquem,
نام الية acquievit alicui rei, inde عن السكر crapu-
lam edormivit. Vid. Fleischeri V. S. Ali's hundred
Sprüche p. 92. Itaque ad verbum sic vertimus: „Cra-
pula laetitiae, quae fugit, ac si noctes eam edormissent
et expergeficientes (dormientem) veritatem in menda-
cium mutassent.“ Noctibus hic tribui quod proprie de
dormiente valet, non est quod apud Arabes, ut nimia
poetici sermonis audacia, suspicionem moveat. Jam di-
cunt ليل نائم nox, qua quis dormit ut rustici nostri:
ich wünsche Ihnen eine wohlschlafende Nacht. Sensus
simplex igitur hic est: Gaudium quo fruebar, me fugit
uti crapula post somnum. Eadem me fugit veluti som-
nium, vs. 22. addit Abulfaragius. حدث عن فلان est:
نarravit auctoritate alicujus nixus. Cod. P. pro موهماً
حدث ac si fuissem visione deceptus, nos narravimus
etc. legit موهماً يحدث ac si fuissem somno oppressus,
qui narrat nunc. Intellectus fere idem. Cf. ad h. l. M. G.
de Slane V. A., observations sur l'idée que les poètes ara-
bes ont voulu exprimer par les mots الخيال طيف, in Dia-
rio Asiatico Parisiensi. 1838. T. V. pag. 376. seqq.

De carmine tertio.

pag. 10.

Carmen medioere, sive carminis initium, more Mo-
tenebbii in laudem Emiri tritis atque usitatis formulis
dicendi compositum. Haec fere verba Roedigerus V. S.

de hi
iis ag

Cod.

راز te
exstat

ferenc

terim
distr
fortit

artific
tum
lector
fuerat
sequu
sed s
loquu
quâ t
patri
At e
juxta

firmat
رب ل

verbis

de his versibus fecit l. l. Itaque quam brevissime de iis agamus.

Vs. 1. العزير — حَلَّتْهُ Cod. P. elegantius حَلَّتْهُ. Cod. P. aptius العزير.

Vs. 2. Cod. P. وفيهيح أن أسنرت. Forma X verbi *tentavit expertus fuit*, in lexicis non obvia, si exstat, ab hoc loco non est aliena.

Vs. 3. حَلَّتْ Cod. P. اِقْتَتْ euphoniae gratia praeferendum.

Vs. 8. quem in notas relegavit Wolffius sic verterim: *Indignati sunt thesauri, quos manus Vestrae distribuunt, ob id, quod laudant enses et calami i. e. fortitudo vestra adeo liberalitatem superat.*

De carmine quarto.

pag. 12.

Carmen satis difficile intellectu, sed eleganter et artificiose compositum. Etenim aenigmatis formam indutum est inde ab initio usque ad vs. 9., quo poeta ipse lectori dedita interpretatione succurrit. De vino sermo fuerat. Deinde (vid. not. ad vs. 9. apud Wolffium) sequuntur duo versus iterum caecis latebris obscuri, sed solutione diversâ, quam v. 10. reperies. De aqua loquuntur. Vs. 11. poeta transit ad eam sententiam, quâ toti carmini finem est impositurus: *Ubi bene, ibi patria! hic dicunt ii qui nil nisi voluptatem quaerunt. At ego sum patriae Halebi amantior, quam ut ejus juxta Bagdadum obliviscar.*

Vs. 1. Fleischeri V. S. conjectura a Cod. P. confirmatur. Pro ادب Cod. P. accommodatius ad sensum ارب legit: *hilaritati juvenili alius locus non opus est.*

Vs. 2. حل اللهو فيه non satis accurate redditur verbis latinis „*jocus ibi solutus est.*“ Similitudo poe-

tica servari meretur. حل *substitit, quievit* (de viatore)
 et synonymum عرس ad منزل „Caravanserai“ redeunt:
 „Hic deversatur hilaritas et quiescit laetitia. Huc usque
 de caupona sermo fuerat. Deinceps voc. فلك *poculum*
 et voc. قطب *vinum* insignitur, de quo loqui pergit
 poeta usque ad vs. 9.

Vs. 4. Cod. P. يكاد نُطَقًا باللحظ ينتهب *pro* يكاد
 لفظا بالروح ينتهب. Utraque lectio ferri potest, at Wolffii
 versionem probare nequeo. In Cod. G. hic est sensus:
 (Vinum) *ad corpora pertinere videtur, sed quod attinet*
ad nomen (الروح) fere animus (الروح) est. In Cod. P.
 eidem prodsi additur: *sed quoad lenitudinem rorem fere*
aequat.

Iam de duobus versibus, quos Wolffius notis in-
 seruit, agendum est. Profecto difficiles sunt intellectu,
 nec equidem interpretationem meam prorsus certam
 habeo. At dicam, quod sentio. Priori versu de signi-
 ficatu singulorum verborum dubitari non potest. Idem
 est, qui in Cod. P. Versiculo altero pro حلت Cod. P.
 جلت legit a جلا *ostendit sponsam marito c. على*, quae
 lectio ad hunc locum optime quadrat. Reliqua excepto
 voc. النخب *facillime intelliguntur.* Illud النخب equi-
 dem derivarim a نَحْبٌ *magnus haustus, ut qui in amici*
salutem bibitur, salus, anglie: toast. Vid. Freytagii
 Lexicon s. h. v. Inde nomen unitatis نَحْبَةٌ, in Lexicis
 non obvium, pluralem haberet النُخَبُ *salutes.* (cf. نَعْب
haustum sorpsit bibendo et نَعْبَةٌ pl. نَعْبٌ sorbitio.) His
 praemissis istos versus ad verbum sic traduxerimus:

Quando argentum sibi vindicat aurum, hoc illud
in vino quoad colorem substantiae mendacem reddit.

Ostendunt nobis sponsam vini eo ornatam chordae
citharae et salutes.

videtu
tribue
admis
vino
pellat
qui s
[Cf. c
vinum
maritu

simpli

العَلْبُ
quod
gamus
haec

ipsa e
titium
derant
vineae.
aquam
larium
sic ve
in ma

يعد
cation

Argentum hoc loco metaphorice *aquam* indicare videtur, eandemque vim vs. altero vocibus *sponsa vini* tribuerim. Tunc intellectus simplicissimus: *Aqua vino admiscetur, eoque auri colorem induit. Aqua vero vino admista, quam poeta sponsam marito junctam appellat, mutato colore ornata apparet compotatoribus, qui sonantibus citharæ chordis amicorum saluti libant.* [Cf. carm. VII. *de rosa* vss. 6. 7. pag. 20. apud W., ubi vinum poeta sponsam appellat dignissimam, quæ ad maritum deducatur.] Num vera hæc, videant doctiores!

Vs. 10. ænigma quod duobus hisce versibus inerat simplicibus verbis explicatur.

Vs. 11. in fine voc. القلب non liquet. Cod. P. القلب, ab علبه *vas capax ex corio camelino vel ligno, in quod mulgetur.* (Freytag.) Hoc loco craterem intelligamus, qui optime cum poculis الاقداح jungitur. Sed hæc hæctenus.

De carmine quinto.

pag. 16.

Vs. 2. Ingeniosa Wolffii conjectura قرارها pro فرارها ipsa est lectio Cod. P. راج, vero *vinum*, nec tamen *laetitiam* intelligas. Vs. 3. Pro *effuderunt* scribatur *effuderant* et الكرم (Cod. P. male الكرميم) *vitis* potius quam *vineæ*. E verbi خاص significatione „*ingressus fuit aquam*“ sequi videtur, poetam in mente habuisse torcularium pedibus uvas conculcantem, quam ob rem vs. 7. sic verterim: *Quomodo vivere potest is, qui ambulat in mari stammarum i. e. in musto.*

De carmine sexto.

pag. 16. 18.

Vs. 1. Pro نعد in cod. Gothano legendum esse يعد optime sine dubio conjecit Wolffius V. D. Significationem verbi عدا e notissima ista dicendi formula

borum
rosae
nec t
(scil.
sunt:
ita red
tinent
deniqu
(النزاع)
lenior
mulce
rum).
Cod. I
tus es
ab
sponse
in tib

non cunctatus est facere, derivatur. Ad fidem verborum veritas: *Narcissi albedo parum abest a poculo (argenteo) parumque flavedo a vino.* Cod. P. pro *يَعْدُ* male *يَعْدُ*.

Vs. 3. كانما — به Cod. P. rectius — كانها — بها.

Vs. 4. Cod. P. ويلهبي (ubi و metri caussa delendum est) et ويخلف pro تلهي et تخلف. Formas femininas non nisi contortâ verborum constructione defendes.

Post versum 5. Cod. P. duos insuper versus inseruit, quibus tertium lector quidam in margine adscriptum intercalavit:

فِي اللَّيْلِ أَلَّا عَادَ اصْبَاحَا	فَهَاتَهَا عَدْرَاءَ لَمْ يَفْتَرَعُ
كَاسْتَهَا تَحْمَلُ مَصْبَاحَا	كَانَمَا كُلُّ إِنَانٍ حَوْت
مَدِيرَهَا وَرَدَا وَتَفَاحَا	وَأَجِنِ بِالْحَاطِكِ مِنْ وَجْنَتِي

De carmine septimo.

pag. 18.

Post vs. 1. in Cod. P. huncce versum intercalatum reperies:

أَدْرَكَ النَّهْجَ لِلْجَنَى وَفُونَا مِنْهُمَا بِالْخُدُونِ وَالْأَجْفَانِ

Vs. 3. In voc. النِّبْرَانِ signum — haud dubie ad litteram نِ pertinet, ita ut a نَارِ derivandum sit. Verbi *يَخْدُمُكَ* subjectum *يَدٌ* habet, et sic transtulerim hunc versum: „*Cura, ut tibi promatur sol vini in manu lunae pulchritudinis, quae (manus) ministret splendorem amborum,*“ i. e. quo una cum vino amore fruaris. Lectione cod. G. *النِّبْرَانِ* servata *يَخْدُمُكَ* scribendum esse, observavit Roedigerus V. S. I. I.

Vs. 4. De versione sua ipse hic dubitavit Wolfius V. D. Videamus, num quid lucis obscuritati ver-

borum afferre possimus. Ac primum عذراء „virgo“
rosae, quam hisce versibus celebratum ivit poeta,
nec tamen vini, ut Wolffius voluit, imago. وادرها
(scil. شمس العقار cum كورس v. 5. copulanda
sunt: *Vinum rosae redimias in poculis etc.* Deinde pocula
ita redimita papaveris rubri anemonen (vinum) in se con-
tinentis praebere speciem vs. 5. additur. Vs. 6. et 7.
denique vinum sponsae in domicilium mariti abeundi
(عند النزول) comparatur. واختدعها proprie *decepe eam*
leniorem vim hoc loco habere videtur: *Aures illi per-
mulceas* (blandis carminum verbis cantuque citharoedo-
rum). Vs. 7. enim pro بعزف legendum est بعزف, quod
Cod. P. exhibet et Roedigerus V. S. conjectura assequu-
tus est. fistulae arundineae, tibiae. العبيدان plur.
ab عود *testudo, chelys* „*Est enim* (vinum), inquit,
sponsa inter omnes dignissima, quae domum deducatur
in tiliarum cantu sonoque testudinum *).

De Fragmentis.

p. 20.

Fragm. 4. Pro علمت طيفك اجفاني equidem duce
Cod. P. scripserim عَلِمْتُ طَيْفَكَ اجْفَانِي *oculos meos docuisti*

*) Cf. E. W. Lane, an account of the manners and customs
of the modern Egyptians. London 1836. 8. Vol. II. pag. 69. seqq.
— Ab hoc loco non alienum videtur adjicere varia vini nomina,
quae collegit auctor libri ينبيه الدهر in *Miscellaneis suis*: كتاب
في المحاضرات ms. bibliothecae Regiae Parisiensis No. 1239 (an-
cien fond) capite inscripto في أسماء الخمر. En ea, quae sequuntur:
المشعشعة, الساسييل, الأسفند, السكامية, السكامة, السحام,
الجريال, اللريالة, الصهباء, العندم, الكمييت, الصرخد, النطقه,

imaginem tuam. Formula dicendi tam poetica, quam elegans. Cod. P. voc. *اجفاني* substituit *اسعافى* librarii errore, ni fallor, cui tamen conjectura mederi non audeo.

Abulfaragii et Abu Ishaci epistolae.

Inde a pag. 22. usque ad finem Specimen nostrum continet reliquias epistolarum commercii inter Abulfaragium et Abu Ishacum, quem ille aequalem habuit atque amicum. Erat autem Abu Ishaco animus ad satiram maxime propensus, qui idem ex epistolis, de quibus deinceps disputabimus, satis elucet. Quum ne principi quidem parceret, in Adadeddaulae, Seifeddaulae successoris, offensionem incurrit, deinde in carcerem conjectus est. Abulfaragius semel illic ad amicum visendum venit, postea vero eum prorsus neglexit. Captivus id aegre ferens ad familiarem mittit epistolam, quam apud Wolffium pag. 22. seqq. reperies. Fieri non potest, quin multae in his versibus lateant difficultates, quae minus in singulorum vocabulorum significationibus enucleandis, quam in sententiarum vi et nexu ab omni parte recteque explicando cernuntur. En argumentum:

الدِّبَابَةُ، الخُرطوم، العانية، القرقف، السلاف، القهوة، السلسل،
 العقار، المدام، الشمول، الخندريس، الرحيف، المادية، أم ريف،
 النسيبة، الفيهج، الغرب، الخبطة، المصطار، النسي، الحانية،
 المقدى، المصقق، المعرف، الترجون، أم زنيف، المرز، انسكركو،
 البتع، الكسيس، البائق، المثلث (?)، الكهكاني (?)، المعنقة،
 الراج، الشموس، الاثم

Abu
 antea
 sibi n
 metue
 Quid
 met o
 accept
 quem
 voluit
 orare,
 quam

Wolff
 frigid
 libro
 tempo
 quaed
 Abulf
 diffici
 gestu
 haben
 indigr
 nibus
 quae
 Ultim
 gantia
 non e
 loco d
 Jam
 emenc

Abu Ishacus amico in animum revocat, quanti suam antea habuerit amicitiam (vs. 2.). Illum veniendo magnae sibi modo consolationi fuisse, nunc vero haud dubie metuere, ne principis animum a semet ipso alienet. Quid mirum? ait. Periculo imminente proximus est sibi met omnis. (vs. 6.) At caveat ab inimicis, qui regibus acceptus! — Continuo hic circa agnomen Abulfaragii, quem Psittacum appellabant, cavillatur: tamen ridendo voluit dicere verum. Etenim in fine, se toto animo orare, ut ille pericula subterfugiat, siquidem revera unquam impendeant, diserte profitetur.

Abulfaragius his litteris respondet iis, quae apud Wolffium pag. 26. leguntur: sententiae vero languidae frigidaeque excepto vs. 6. Ea, quae jam sequitur in libro nostro (pag. 26.) Abu Ishaci epistola fortassis tempore quoque proxima fuit. Est enim huic cum priori quaedam similitudo: psittacum, ut supra, depingit, Abulfaragii denuo imaginem. Versus ad interpretandum difficillimi, quoniam de illius viri moribus et ingenio et gestu habituque corporis perpauca tantummodo cognita habemus. Responso pag. 30. Abulfaragius agnomine haud indignum se monstrat: ita autem ab amici cavillationibus se defendere conatur, ut verum sensum eorum, quae de psittaco dixit ille, se non intelligere simulet. Ultimae Abu Ishaci litterae nec festivitate, nec stili elegantia praecedentibus pares, utrum cum illis cohaereant, non est, quod discernere audeam. Neque de singulis hoc loco disserere mihi licet. Viam certe monstrasse juvat. Jam textum Codicis nostri auxilio nonnullis in locis emendandum aggrediamur.

De Epistola prima.

Vs. 1. مزيدك Cod. P. — خطا Cod. P. خطا

Vs. 2. وصى Cod. P. وصلى

Vs. 3. hem. 2. mendum inerat, Cod. P. optime sic: شفت كَمَدًا من صاحب لك فد خلص

Vs. 5. in Cod. P. sic legitur:

وأوحسبت حَوِّفًا من ضيق محبسي
وعادك عيد من تذكر القنص

Pro scribendum est: „*Satis te angustia carceris mei afflixerat.*“ De alterius hemistichii sensu dubito, nam Wolffii interpretationem vix probaverim. Vocabulum عيد in Cod. P. puncto diacritico

caret. عيد si legitur, وعَادُك scribendum esse sentio: „*et consuetudo tua fuit servus (nuntius), qui caveae tuae te memorem reddidit.*“ Si وعَادُك verbum est, عيد cura, desiderium conjecerim: „*et visitavit te cura, quae te caveae reddidit memorem.*“ Caveam psittaci hic metaphoricè

aulam significare, non est quod moneam. Pro أَحْسَبُكُ secundum dicendi consuetudinem Wolffius V. D. أَحْسَبُكُ, ni fallor, scribere debuisset.

Vs. 8. Pro المنشر الأشغى Cod. P. المنشر الأشغى rostrum aduncum avis rapacis, uti optime conjecit Roedigerus V. S.

Vs. 9. لفرسانكم Cod. P. melius لفرساكم. Ad vs. 10. cf. Fleischeri V. S. Comment. de glossis Habichtianis p. 67.

De epistola secunda.

Vs. 1. الجود Cod. P. المجد. Post vs. 2. Wolffius omisit tres versus, quos Cod. P. sic exhibet:

بِسْمِ أَمَةِ تاج الملة الملك السدى
لسودده فى خطة المشتري حصص

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft



تَقَنَّنَتْ بِاللَطْفِ شُكْرِي وَلَمْ أكن
 علمت بان الحمر بالبرم يُقْتَنَنُ
 وصادفت ادنى فرصة فاشهرتها
 بلقبك ان بالحزم تنتهر الغرض

Vs. 3. تحملت بدائع Cod. P. تحمل البدايع

Vs. 4. ارغ Cod. P. يجد

Vs. 5. بالبيغا قديما Cod. P. بالبيغا

Vs. 6. طابير Cod. P. جارج

De epistola tertia.

De homoeoteleuti genere inusitato Roedigerus V. S. egit l. 1.

Vs. 2. موم لى انها Cod. P. يوم لى بانها

Vs. 5. فتغتندى — لقتت Cod. P. لقتت
 male; certe legendum est, si non in
 mutandum.

Vs. 6. conjugem intelligas, nec tamen ad-
 venam, ut Wolffio videbatur.

Vs. 7. lege ^ديعز „In domo mea hospes rarus.“

Vs. 10. hem. 2. in Cod. P. sic legitur:

مثل الفتاة العادة الاعذراء

Pro العادة Cod. Goth. bene العادة. Haud scio an Cod.
 Goth. punctis diacriticis recte disjunctis Cod. P. lectio-
 nem (الفتاة) exhibeat.

Pro العادة scribendum esse العادة, synonymum
 voc. العادة, mecum conjecit Roedigerus V. S. cf. Har.
 Conss. ed. de Sacy p. 463.

Vs. 4. البينان Cod. P. melius البينان. Eadem varia lectio pag. 34. vs. 17. occurrit.

De epistola quarta.

- Vs. 3. يجازى Cod. P. minus bene يجازى
 Vs. 5. يستغرق Cod. P. يستغرق
 Vs. 6. يعنى Cod. P. يعنى
 Vs. 7. يحوم Cod. P. melius يحوم
 Vs. 11. وضاع Cod. P. وضاع
 Vs. 13. Cod. P. omisit على
 Vs. 15. Pro قانى et صيغ Cod. P. قان et يصيغ
 Vs. 16. Hem. 1. in Cod. P. hoc est:
 وصيرها انفرادها فى الحبس
 Vs. 18. باجدّ Cod. P. باجدّ
 Vs. 19. ut jam coniecit وناخشى Cod. P. تكسى
 Roedigerus V. D.
 Vs. 23. خمر كاهنة Cod. P. melius خمر كاوة
 Vs. 26. hem. 1. in Cod. P. sic legitur:
 وانما تبعث باشنقافى
 Vs. 27. تفويغها Cod. P. تنويغها

De epistola quinta.

- Vs. 1. نعتنا من اجله Cod. P. نعت الاجلة
 Vs. 3. hem. 1. sic in Cod. P. legitur:
 فلولا امرى القيس ابتديت محاربا
 Pro صغا Cod. P. صغا
 Vs. 4. Pro فى عايات Cod. P. متبيا متبيا ما
 من عايات

Qui post vs. 8. legebatur versus in Cod. Goth.
 mutilus non sine mendis in Cod. P. sic exhibetur:

اتعرفها فيما تقدم خاليًا نعيم إذا ما صاح أو حمل رغا

Vs. 9. فاصحيت — حرفا Cod. P. حازما
 فاصبحت

Vs. 10. مرفعا Cod. P. male مرفها

n varia

بصبي

conjecit

Cod. P.

38

T h e s e s.

1. Lingua in communi vitae consuetudine vigena ad inchoandum linguarum studium mortua multo aptior.
 2. Lingua graeca antiqua in scholis nostris Neograecorum more pronuntianda est.
 3. In Vetere Testamento legendo hodiernam Judaeorum pronuntiationem sequamur necesse est.
 4. Linguae hebraicae formatio grammatica sine reliquarum semiticae stirpis dialectorum ope intelligi non potest.
 5. Littera Ψ in linguis semiticis recentior est, quam littera ψ .
 6. Verba Ψ in lingua hebraica extant.
-

ntium

ed

ens ad
aptior.

eograe-

aeorum

reliqua-
gi non

, quam



D



D: De 2681

ULB Halle
000 879 72X

3/1



